

**2317** d. m. s. | Levis sit | tibi ter[ra]. | Palla|di.<sup>1</sup> | C. Iul. Nestor iunior, vix an. | VII m. VIII, C. Iul. Nestor vet. pa[ter], contributus ex | leg. III Gallica<sup>2</sup> in | leg. III Aug., et Agria | Fabia[n]a mater filio dulcissimo fecerunt.  
*Lambaesi (VIII 5157 descr. Creully). — 1) Agnomen defuncti. — 2) Scr. Gallica.*

**2318** I. o. m. | C. Iul. Rog[atus] mil. leg. | III Aug.<sup>1</sup>, vet. | leg. II Adi., ex voto | ara posuit | libens Gen[tiano] et Basso | cos.<sup>2</sup>  
*Alt-Ofen rep., est Pestini (Froehlich arch. ep. Mitth. 14 p. 64). — 1) Translatus esse videtur ex legione tertia Augusta in legionem II Adiutricem fortasse, ut coniecit Froehlich, tempore belli Marcommanici, quo tempore vexillationem legionis tertiae Augustae in Pannoniam venisse apparet ex VIII 619. Translatus ex legione tertia Augusta in secundam Adiutricem fuit etiam is cui positus est titulus Thevestinus VIII S. 16535, sed is videtur fuisse centurio. — 2) A. 244.*

**2319** Q. Iul. Primus i. mag. f.<sup>1</sup> m.<sup>2</sup> leg. II Tr. | Ger.<sup>3</sup> for. Antoniniana stip. XXII, | nat. Afer domo Thevesti, tra[n]s[at]. [e]x<sup>4</sup> leg. III Aug. p. v., vixit an[is] XXXV, Aurelia Dios[corus] marito amantis[simo] fecit.  
*Prope Alexandriam Aegypti rep. (Revue arch. 1891, 18 p. 339 descr. Neroutsos). — 1) Intellege: imaginifer. — 2) Miles. — 3) Cf. N. 2545 not. 4. — 4) trav[er]s[at]. IX 7 traditur.*

**2320** dis militaribus | et Genio loci pro | salute et reditu | imp. Caes. M. Aur. Antonini Pii in[victi] Aug., Clod. | Marcellinus s. c. | trib. mil.<sup>1</sup> leg. II | A. p. f. Ant., translata. | ex leg. X Fr. Ant., nu[m]ini eius semper | devotissimus.

*Budae (III 3472 semel ut videtur descripta saec. XVI). — 1) Fortasse: subcornicularius (cf. Mo. ad III 5272) tribuni militum.*

**2321** M. Aemili M. f. Pob. | Soteriae equitis, domo | Oscensis, torquibus armill. | phaleris ab imperatore | donatus, militis missici | veterani<sup>1</sup> leg. VIII Hispanies.<sup>2</sup>, | hic ossa sita sunt.

*Calibus rep. (Eph. ep. 8, 550 descr. Ihm). — 1) Nota coniuncta veterani et missicii vocabula. — 2) Hispaniensis (pro Hispana) dicitur legio nona etiam V 7445.*

**2322** M. Fraxsanius Sex. f. | Pol. domo Regio Lepido, | veteranus leg. XI, eques, | annorum XLIII, stipendiorum XXV, donatus | phaleris torquibus | armillis, h. s. e. | Primu. l.<sup>1</sup> pro meritis.

*In Dalmatia, non longe a Scardona, loco dicto Rožki Slap (III S. 9885 edidit Bulić). — 1) Haec incerta esse ait editor.*

**2323** d. m. s. | M. Valerius | Fortunatus | eq. legionari[us], v. a. XXVII, | Larcia Tertul[la] soror po[suit]. H. s. e.

*Lambaesi (VIII 3260 descr. Renier).*

**2324** . . . relius A. f. | [Le]m. Bon.<sup>1</sup>, eques | [fac]tus<sup>2</sup>, anno. XLV | [mis]sus ex leg. I<sup>3</sup> | [vex]ssillo<sup>2</sup> G. Lucreti | . . . onis, mili. anno. | [X]XV, h. s. e.